



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm XXII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96504](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96504)

parte ipsorum de Calapinis probata fuerit eorum intentione, nec aliquod ius, ex quo potuerint intentionem suam fundare, ut supra dictum fuit, sequitur, quod ab illorum petitionibus Nobiles de Trilaco sunt absolventi, quia ipsi quod ad Calapinos liberatas habent, argum. l. loci. §. competit. ff. si serui. uend. & res alienas detinens licet nullam causam iustam habeat possidendi, illas tamen non cogitur uendicanti restituere, nisi ille contra eum suam intentionem fundauerit. l. fin. C. de rei uend. non enim refert, an reus possideat iuste, uel iniuste, dummodo actor contra eum non fundauerit intentionem suam. l. qui accusare. C. de eden. & traditur per Inn. in c. soler. de sen. excom. & sic unusquisque habebit decimas, quas detinet, & solitus est exigere. Præterea cum ab initio fuerint ab Episcopo concessæ decimæ Calapinis, quas habebant, & possidebant illi de Belinzanis in uilla Couali, solum illarum dicuntur sibi concessæ, quas illi de Belinzanis, & successores illi de Calapinis possiderent probantur, & sic concessio non extenditur nisi ad eas, quas auctores Calapinorum habuerunt, & tenuerunt, per ea, quæ uolunt Bar. Dy. & alij in l. si sic. §. si mihi. ff. de leg. i. per illum tex. & per tex. in l. legauit. ff. de lib. leg. qui dicunt, quod si Comes concessit ecclesiæ, quicquid iuris ipse habet in tali loco, seu in tali uilla, hæc concessio nihil operatur, nisi de iure concedentis appareat: debuit enim probari, & constare id, quod Comes in dicta uilla tenebat, & possidebat, alioquin incertitudo impedit acquisitionem possessionis, & consequenter ex tali concessione non potuit usucapiendi, seu præscribendi conditio transferri. l. 3. §. incertam. l. locus. l. si quis fundum. ff. de acq. poss. & faciunt, quæ habentur per Specu. in tit. de loca. in §. nunc uero aliqua. uersu. 58. & uersu. 76. Bald. in l. quod si in uenditione. & in l. quod si sic. in lectu. antiq. ff. de hered. uendi. & hoc maxime uerum est, quando ultra concessionem huiusmodi generalem non fuit facta traditio certi loci, seu totius loci, & fundi, prout in casu nostro non fuit facta traditio decimarum totius uillæ Couali ipsi Calapinis, per ea, quæ uoluit Bar. in l. emptor. ff. pro empto. & nobis ad propositum bene inferuit id, quod uoluit Oldra. in consi. 164. incip. uisio priuilegio. ubi Comes concessit, si quid in dicto loco habebat, per quæ uerba generalia, & sub quodam consulo sermone prolata nihil iuris dicitur collatum, nisi quantum Comiti competere ostendatur per d. l. si sic. & d. l. quod si in uenditione. & argum. l. quintus Mutius. ff. de auro, & arg. leg. l. non designata. l. ultima. C. de fal. cau. adiect. lega. & hoc aperte describit lex, dum dicit, quod si dicam, quicquid iuris habeo in hoc fundo, tibi trado, & incertum sit, quantum iuris habeam, nihil dicor tradidisse, & tu nihil dicis consequi. d. l. 3. §. incertam. & l. locus. cum ibi not. l. si fur. §. ultimo. ff. de usucap. Nisi ergo dicti de Calapinis ultra concessiones ipsi factas aliquid aliud probent, uidelicet, quod ius auctores sui de Belinzanis habuerint super decimis in uilla Couali, certum est, quod eorum intentio non dicitur plenè, nec semiplenè probata: quoniam exhibitio suorum priuilegiorum per se nihil releuat, nec iuuat confirmationes plurium Episcoporum postea subsequutæ, quia de intentione confirmantium non fuit aliquid de nouo dare, sed confirmare prius habita, & possessa, & non ultra. c. inter dilectos. §. porro. de fide instrum. unde cum prima concessio per se sola non iuuat ipsos Calapinos, non iuuabunt etiam confirmationes priuilegiorum, quæ ex ipsa prima causa originem acceperunt, ut à primordio tituli posterior formetur euentus. l. i. C. de impo. lucra. de feri. lib. 10. & est casus in c. cum inter uos. circa fi. extra de iudic. Hæc sunt, quæ inferunt uerba Old. in d. consi. Coadiu-

uantur et præmissa ex uerbis primæ inuestituræ, quæ fecit R. Ep. Dñs Georgius, in qua dicit, quod quidam Rodolphus de Belinzanis resignauit, & restituit in manibus præfati Ep. ois ius suum, quod habebat, & habere poterat, & uisus est hæc per se, siue per prædecessores suos iam pluribus annis, & habet de pnti in quadam decima in uilla Couali &c. & sic per uerba generalia, & sub quodam consulo sermone prolata facta fuit prima concessio, ergo solum uis consensu illa decima, quæ ultra dictam concessionem constat legitime fuisse illorum de Belinzanis. Præterea cum resignatio decimarum, & concessio et facta fuerit de quadam decima, quam habuerunt illi de Belinzanis, sequitur, quod non dicitur de tota decima uillæ Couali, sed potius de parte, quia hæc uerba, de quadam decima non sunt uniuersalia, sed particularia, & designant potius partem, quam totum, ut est tex. & ibi Alb. in l. quadam. ff. de acquir. rer. dom. & idem Alber. post Cyn. in l. quadam. ff. de iure codic. Ex quibus omnibus clarissime constat ipsos nobiles de Trilaco omnino esse absoluentos à petitionibus per illos de Calapinis factis, & pronuntiandum esse, ut supra dixi in principio: In reliquis me remitto ad ea, quæ satis copiose deduxit Do. Ioannes Francisc. Bebius Regiensis, ad cuius relationem lata fuit ultima sententia ad fauorem Nobilium de Trilaco, qui cætera dubia satis clare dilucidauit, & quoad illa in eius sententiam uenio. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Missæ solennes in præcipuis festiuitatibus, absente Episcopo, celebrare ad Archiepiscopum, & non ad Archidiaconum de iure communi spectat.
- 2 Subrogatio facta intelligitur, ut naturam primæ uiam, & originalem eius, in cuius locum fit, sapiat.
- 3 Vicarij officium differt ab officio Archidiaconi, & Archiepiscopati, & quod sit horum omnium officium.
- 4 Vicarius generalis Episcopi in his se non intromittit, in quibus alius Vicarius specialiter est deputatus. contra. nu. 40.
- 5 Index unus de iurisdictione alterius se non intromittit, quando officia sunt distincta.
- 6 Archiepiscopus de causis suffraganei se non intromittit.
- 7 Episcopus iurisdictionem ordinariam non habet, nec eam per se, aut per alium exercere potest in loco illo diocesis, in quo Vicarius specialis ex iuris dispositione, seu ex consuetudine derogatus, & non accumulative est deputatus.
- 8 Argumentum de loco ad causam procedit.
- 9 Archidiaconus non potest ab Episcopo ad libitum reuocari, nec alteri committendo prohiberi exercere ea, quæ ipsi ex sua ordinaria iurisdictione competunt. & nu. 33. ubi hoc declaratur.
- 10 Episcopus non potest tollere, nec impedire ea, quæ Archidiacono ex consuetudine, ac etiam ex statuto loci, & ecclesiæ cõpetunt. & nu. 33. ubi hoc declaratur.
- 11 Vicarius generalis Episcopi, quando tanquam Vicarius Episcopi spiritualia quoque, & diuina possit exercere. & nu. 19.
- 12 Vicarius quod ad ea, quæ potest exercere ex generali concessione, uel ex particulari commissione, uel ex expressione aliquorum specialium mandatorum requirentium cum clausula generali, & prægnanti, censetur eadem persona cum Episcopo, eademque uirtute prærogatiua, & iurisdictione, & utriusque unum, & idem est tribunal, eademque potestas, & iurisdictione.
- 13 Vicarius quod ad iurisdictionem, & ea, quæ ratione officij sui potest exercere, Episcopo subditus, & minor esse non dicitur.
- 14 Vicarius generalis etiam in sibi competentibus de iure speciali, uel ex clausula generali cum specificatione aliquorum expressam mentionem requirentium, dicitur ordinarius, & iure proprio ex sua ordinaria iurisdictione illa exercere, quando cum generali concessione simul, & semel etiam requirentia speciale mandatum conceduntur, sed quando ex intervallo, & diuise conceduntur, est delegatus, & in illis iurisdictionem habet delegatam.

- 15 *Missas solennes celebrandi officium est per episcopum, ac etiam illo inferiore delegabile.*
- 16 *Delegare qui potest ea, quae sunt iurisdictionis contentiose, multo magis delegabit ea, quae sunt iurisdictionis voluntaria.*
- 17 *Delegatus semper re integra respectu eiusdem causae praefertur ordinario, & quo ad causam sibi commissam quocunque ordinario maior esse censetur.*
- 18 *Episcopus, & archidiaconus in visitatione concurrunt: Et ad visitandum potest episcopus alium deputare: In visitatione tamen & episcopus, & deputatus ab eo archidiacono praefertur.*
- 19 *Vicarius episcopi quando in omnibus etiam spiritualibus, & diuinis deputatus censetur.*
- 20 *Vicarius generalis episcopi in ijs, quae sibi ut vicario competunt, semper archidiacono tanquam inferiori est praefendus, etiam in casu, quo consuetudo, seu statutum extaret, quod archidiaconus esset vicario praefendus.*
- 21 *Statutum, seu consuetudo, quod minor maiori praefatur, non valet.*
- 22 *Archidiaconus respectu quorum in ijs, quae sibi de iure competunt, primum locum obtinere, & post episcopum illius esse vicarius dicitur.*
- 23 *Maiorem alterum altero esse, & alterum alteri esse praefendum etiam in eo, quod ipsis in solidum ex potestate ordinaria competit, non inconuenit.*
- 24 *In iurisdictione eadem ordinaria concursus plurium datur quandoque accumulatiue, quandoque derogatiue, & quandoque ordinatiue, seu secundum prius, & posterius.*
- 25 *Iurisdiclio pluribus in solidum competens in dubio censetur competere accumulatiue, & quomodo dicatur sic competere: & quomodo ordinatiue, nu. 27. & quomodo derogatiue, nu. 28.*
- 26 *Praeuentio locus est in iurisdictione pluribus in solidum accumulatiue competente: Idem in duobus ordinarijs, & delegatis datus cum clausula, uel alteri vestrum.*
- 29 *Statutum non debet intelligi, ut alteri, & iuri iam alteri quaesito praerideatur, nec ultra statuentium intentionem.*
- 30 *Officialium plures ordines in ecclesia dantur, & quomodo alter alteri praefatur, & alter altero maior, seu minor esse dicitur.*
- 31 *Archidiaconus, si etiam est presbyter, praefertur Archipresbytero, etiam quo ad celebrandas missas solennes, & alia, quae sunt ordinis, & ratione ordinis competunt.*
- 32 *Vicarius generalis episcopi presbyter, & in ordine sacerdotali constitutus, praefertur archidiacono, & archipresbytero etiam in ijs, quae sunt ordinis, & ratione ordinis competunt.*
- 33 *Episcopus quomodo, & quando potestatem archidiaconi tollere, & eique derogare alteri concedendo possit, & quomodo, & quando non, & num. 35. 38. & 39.*
- 34 *Vicarij generales episcoporum a canone, & lege potestatem ordinariam habent; & quare ab episcopis suis possint reuocari, & prohiberi.*
- 35 *Episcopus derogandi canonis, & tollendi concessa a canone facultatem non habet.*
- 36 *Episcopus statuto suo, seu sui capituli non ligatur.*
- 37 *Episcopus in sua diocesi statuta facere, illaq; corrigere potest.*
- 38 *Superior quando, & quomodo possit inferiorem reuocare, & prohibere.*
- 39 *C. ad hoc quoniam. de excess. praelato. declaratur.*
- 40 *Archidiaconus in administratione est praeposito maior, & dignior.*
- 41 *Potestas, & iurisdiclio pluribus siue ordinarijs, siue delegatis alternatiue concessa intelligitur cuilibet in solidum, & accumulatiue concessa, & in ea locus est praerogationi, non attentio, quis primo sit nominatus, & absq; eo, quod de alterius impedimento coisset.*

E P I T O M E.

VICARIUS generalis episcopi in ordine sacerdotali constitutus, cui post constitutionem, & concessionem generalem sibi factam etiam specialiter ab episcopo diuinitus, & ex interuallo officium celebrandi missas solennes praecipuis diebus festiuis, episcopo absente, fuit commissum, est in celebrandis dictis missis solennibus praefendus archidiacono, cui ex statuto ecclesiae hoc munus competere. Statuto ecclesiae disponere, & capitulum conuocare

per archidiaconum, uel per praepositum, uel per antiquiorem canonicum, potestas capituli conuocandi omnibus aequè principaliter, & accumulatiue, non autem ordinatiue competit, locusq; est praerogationi absq; eo, qd de impedimento alterius alter, aut qd primo sit nominatus, attedat.

C O N S I L I U M XXII.

VERTITVR in dubium, an in celebrandis missis sollemnibus in praecipuis festiuitatibus praefendus sit generalis vicarius episcopi, an uero Archidiaconus Lunensis, & Satrianensis ecclesiae: Et primo aspectu concludendum videtur, quod hoc officium ad Archidiaconum, & non ad vicarium generalem episcopi spectet, quia licet de iure communi, absente episcopo, haec praerogativa celebrandi missas solennes in diebus praecipuis spectet ad archipresbyterum, & non ad archidiaconum, ut in c. perlectis. 25. dist. c. 1. 2. & 3. de offic. archipresbyteri. & alia sunt, quae ad officium archidiaconi pertinent, ut in d. c. perlectis. & in c. officii. & c. ad haec. de offic. archid. tamen ex statuto ecclesiae, de quo agitur, dispositione hoc munus competit, & datur archidiacono, qui in hoc per statutum subrogatur in locum archipresbyteri: Ergo haec subrogatio debet intelligi facta, ut archidiaconus sapiat naturam primariam, & originalem ipsius archipresbyteri, non autem illam, quae contingenter uenit, quia talis est natura subrogationis. I. si cuius. qui iniuriarum. ff. si quis cauti. glo. & ibi Bart. in l. certi condicatio. in prin. in 3. col. ff. si cert. petat. sed ad officium archipresbyteri principaliter, & primordialiter spectat absente episcopo celebrare missas solennes. ut in d. c. perlectis. cum simil. ergo in hoc ex subrogatione per statutum facta dicitur archidiaconus subrogatus. ¶ Secundo diuinitus significatur officium vicarij ab officio archidiaconi, & archipresbyteri, quia officium vicarij, est gerere uices episcopi in temporalibus, & in ijs, quae sunt de iurisdictione contentiosa. ut in c. 1. & 2. de offic. uicarij. in 6. cum ibi not. archidiaconi uero in diuinis, & spiritualibus, & in ijs, quae sunt de iurisdictione voluntaria. c. officii. & c. ad haec. de offic. archid. & d. c. perlectis. archipresbyteri autem in meris diuinis, quae competunt ratione ordinis, ut per totum: de offic. archipresb. & in d. c. perlectis. & habetur per glo. in c. de liberatione. de offic. de le. in 6. Domi. & alij in c. episcopos. 17. dist. & per glo. Do. Ant. & Hostien. in tit. de offic. archipresb. sed per statutum loci haec potestas archipresbyteri circa diuina, & circa missas celebrandas absente episcopo translata fuit simpliciter in archidiaconum, ergo ea non potest dici esse penes vicarium generalem episcopi, cuius officium se ad diuina non extendit, ne officiorum ordo confundatur. arg. tex. in c. qm. 10. dist. & c. si Imperator. 16. dist. cum si. ¶ Tertio vicarius episcopi dicitur gerere uices episcopi generaliter. d. c. 1. 2. & per totum. de offic. uicarij. in 6. & per Card. in clem. 1. eo. tit. archidiaconus uero debet gerere uices episcopi specialiter circa aliqua, & maxime ex dispositione dicti statuti in celebratione missarum solennium: Vnde cum unus sit generalis vicarius, alius specialis sequitur, quod generalis non poterit se intromittere in ijs, quae archidiacono competunt, quia generi per speciem derogatur. c. 1. de rescriptis. c. generi. de reg. iur. in 6. c. studij. ubi bonus text. de offic. lega. iunctis praesertim ijs, quae ponunt per illum text. Lopus, & Domi. de S. Gemin. in c. 2. de offic. uicarij. in 6. dum loquuntur de vicario generali episcopi, & de vicario speciali eiusdem: facit etiam id, quod uoluit Ang. in l. cum praetor. ff. de iudi. quod ne iudicia, seu officia confundantur, unus iudex non debet se intromittere de iurisdictione alterius, quoniam officia sunt distincta. Vnde generalis officialis se non intromittit de ijs, quae specialiter ad officialem specialiter deputatum spectant. Et propterea archiepiscopus non intromittit de causis suffraganei, ut in summa

ma, & per totū. 9. q. 3. c. duo. de offi. ord. & faciūt no. p. Fel. in c. pastoralis. in 2. col. ibi, secundo limita & c. de offi. ordi. ¶ Quarto tūc ubiq; deputatus reperitur ut carius specialis in aliquo loco particularis dioecesis ex iuris dispositione, seu ex consuetudine derogatiue, & non per modū accumulationis, tunc ep̄s nō dī in illo loco, seu in illa parte dioecesis iurisdictionē ordinariam habere, nec illam ibi potest per se exercere, nec per alium, puta constituendo vicarium particularem, uel generale, qui iurisdictionē in loco illo dioecesis exerceat, ut notabiliter uolunt Archid. Io. Mo. na. Io. And. Paul. de Leazar. & Domi. de fan. Gem. in c. cum episcopus. de offi. ordin. in 6. qui dicunt dispositionem illius text. hoc in casu locū non habere, sed

8 arguendo de loco ad causam, t quod argumentum procedit, ut colligitur ex iis, quae ponunt Doct. in c. p. & g. de offi. deleg. in materia prorogationis iurisdictionis. & in l. 1. & 2. ff. de iudic. & in l. 1. C. de iuris. omn. iud. cum sim. sequitur, quod in casu nostro, ex quo huiusmodi officium celebrandi missas solennes specialiter est commissum, seu cōpetit Archidiacono tanquam uicario ep̄i ex dispositione statuti, non pōt ep̄s alteri puta uicario suo generali illud cōmittere. ¶ Quinto corroborantur praedicta ex ijs, quae ferē in terminis decidunt Inn. in c. 1. de offi. Archid. & Archid. in d. c. perlectis. 25. dist. & Inno. in c. cum ab ecclesiis. de offi. ordi. concludentes, t quod quāuis Archidiaconus sit uicarius episcopi, tamen non potest illū ad libitum reuocare, nec potest prohibere ipsum exercere ea, quae sibi ex sua iurisdictione ordinaria cōpetunt, & alii cōmittere: qm̄ cum ipse Archidiaconus hanc suam iurisdictionem, & illa, quae eius uirtute potest exercere à lege, seu canone habeat. ut in d. c. perlectis. & in d. c. officium. c. ad hanc. de offi. Archid. vel à statuto, ut in casu nostro missas celebrare, absente episcopo, uel ex consuetudine, sequitur, quod ipse ep̄s non poterit eū reuocare, nec prohibere illa exercere. c. de his. 18. dist. & argum. eorum, quae habentur in d. c. cum episcopus. ¶ Sexto ad propositū facit text. in terminis, qui uidetur hanc quāstionē determinare. in c. ad hanc quoniam. de excess. praela. t ubi per ep̄iscopum non possunt tolli, nec impediri ea, quae cōpetunt Archidiacono ex cōsuetudine, quamuis ipse dicatur uices episcopi gerere: ergo idem dicendū est, si aliquid ei cōpetat ex statuto loci, & ecclesiae, quia à pari procedunt consuetudo, & statutū. c. 1. de cōstit. in 6. cum si. ¶ Praemissis tamen non obstantibus, quae rectē intuenti, & intelligenti obflare non debent, puto opinionem priam esse de iure ueriorē, quod uicarius generalis episcopi in hoc ipso Archidiacono sit preferendus. Et praesuppono, quod licet uicarius generalis episcopi regulariter, & ex generali concessione non possit exercere spiritalia, nec diuina, tanquā uicarius ep̄i, tamen ex speciali cōmissione pōt, uel quando ultra generalē concessionem ep̄s aliqua specialiter, quae mandatū requirunt speciale, cōmississet cum clausula illa generali, & omnia alia, quae requirerent mandatū speciale, quia tunc posset uicarius omnia ea, quae requirunt speciale mandatū, & sic spiritalia, & diuina etiam exercere. ut est text. & ibi glo. & Doct. cōmuniter in c. 2. & in c. 3. de offi. uicar. in 6. argum. c. qui ad agendum. de procura. in 6. & in clem. non potest. de procura. cum ibi not. & per ea, quae habentur per Do. Ant. & alios in c. fi. de offi. Archid. Et

12 t quo ad ea, quae potest exercere uicarius ex generali concessione, uel ex particulari cōmissione, uel ex expressione aliquorum, quae requirunt speciale mandatū cū clausula generali, & praegnantī iuxta not. in c. 2. ipse uicarius censetur eadē persona cum ipso episcopo, & eadē uirtute prerogatiua, ac iurisdictione

ne, adeo quod ipsius, & episcopi unum, & idē cēsetur esse tribunal, & consistorium, & una eademq; ipsorū cēsetur esse iurisdictione, & potestas. c. 2. cum ibi no. de consuet. in 6. c. romana. in prin. de appella. in 6. & in c. plectis. 25. dist. glo. in d. c. 2. de offi. uica. in 6. & ubiq; scribētes. & Domi. in conf. 114. Ex quibus infertur, quod t uicarius non dī esse subditus, nec minor episcopo quo ad iurisdictionem, & quo ad ea, quae pōt ratione officii sui exercere, sed Archidiaconus benē dī subditus, & minor episcopo: quod patet, quia ab archidiacono appellatur ad episcopum, sed non à uicario ad episcopum. d. c. romana. in prin. iuncto §. 1. & faciunt, quae habentur per Abb. in conf. 21. cum seq. & ponit Felin. in rubr. & in c. statumimus. de maio. & obed. & Do. Ant. in c. 1. de offi. Archid. inquit, q Ar chidiaconus est uicarius episcopi, eiusq; uices gerēs, quia potestatē, quam habet, illā sub episcopo, & eius nomine exercet. ¶ Itē praesuppono, t quod quo ad ea etiam, quae cōpetunt uicario de iure speciali, uel ex speciali mandato, uel ex clausula generali cum specificatione aliquorum, quae expressam exposcunt mentionē, ut dictum est, ipse uicarius generalis episcopi dicitur esse ordinarius, & habere iurisdictionem ordinariam, & sic in re proprio illā exercere, qm̄ cum generali concessione simul, & semel conceduntur etiam illa, quae requirunt speciale mandatū, sed quando prius facta fuit cōcessio generalis, deinde ex internal lo, & diuisim cōmittantur aliqua, quae nō ueniunt in generali concessione, sed requirunt specialem cōmissionem, tūc quo ad illa, quae specialem cōmissionē exposcunt, censetur esse delegatus, & iurisdictionē delegatā habere, ut uoluit Io. And. in addit. ad Specul. in tit. de offi. uica. quē Doct. cōmuniter sequunt, ut refert, ac sequitur Domi. de S. Gemi. & ibi Moder. in d. c. perlectis. in glo. in uerb. iurgia. 25. dist. & idem Domi. in c. 2. post Lapum. de offi. uica. in 6. qui allegat Dominos de Rota in decisi. 262. & per Do. Ant. in c. fi. de offi. archidia. ¶ Stantibus his, modo cōprobo conclusionem traditā multipliciter, & primo considero, q uicarius episcopi dicitur habere hoc officium tanquam delegatus, & ex iurisdictione per episcopū delegata, qui post constitutionem uicarii, & cōcessionem generalem sibi factam diuisim, & ex interval lo commissit uicario suo generali specialiter hoc officium celebrandi missas solennes praecipuis diebus absente episcopo, ut mihi in facto praesupponitur, quo casu censetur uicarius quoad hoc delegatus, & non ordinarius. ut supra dictum fuit ex mente Io. Andreae, & aliorū cōmuniter: Quoniam t hoc officium celebrandi missas solennes est delegabile etiam per inferiorē episcopo. ut est text. & ibi Ant. & alij in c. 2. & 3. de offi. archipresb. ergo magis per ep̄m, ad quē principaliter hoc spectat ex sua potestate ordinaria, & uniuersali. c. ep̄s. de cōsecre. dist. 1. & in c. Deo. & c. iubemus. ea. dist. c. 2. de offi. archid. & c. 2. de offi. archipresb. Nam si minor, & inferior episcopo potest hoc delegare. d. c. 2. & 3. ergo à fortiori ipse episcopus, qui est maior, & superior. arg. l. 1. cū ibi not. ff. de offi. eius, cui mand. est iurisdic. l. 1. ff. de iurisd. omn. iud. Quod etiam confirmatur, t nam ep̄s delegat ea, quae iurisdictionis cōtētiola. c. irrefragabili. de offi. ordi. & habetur in l. 1. ff. de offi. eius, cui mand. est iurisd. ergo à fortiori hoc officium, quod est iurisdictionis uoluntariae delegabit: cōsequētia in terminis nostris probatur ex ijs q uoluit D. Ant. in d. c. 2. & 3. de offi. archipresb. si igit uicarius ep̄i hoc habet ex potestate, & iurisdictione delegata, sequit, t quod si cōcurrat cū ordinario, cui hoc cōpetat ex p̄tate à lege, seu canone, uel à statuto, seu consuetudine cōcessa iuxta ea, quae habent in l. & ga. cū ibi no. ff. de iurisd. om. iud. & per Spec. in tit. de offi.

offic. iud. ordi. prout ipsi archidiacono in casu nostro
 dicitur competere, ipse vicarius tanquam delegatus erit
 preferendus, & potior archidiacono erit: quoniam quia
 respectu eiusdem causae concurrunt ordinarius, & de
 legatus, re integra, & non dū praeventa iurisdictione
 ab altero, semper preferendus est delegatus, qui quo
 ad causam sibi commissam censetur esse maior quo
 cunq; ordinario. c. studuisti. de off. leg. c. pastoralis. §.
 praeterea. de off. ord. & qui non sua, sed delegantis vti
 tur iurisdictione, vt in l. & si praetor. ff. de iurisd. om. iu.
 di. c. sanē. de off. dele. cum sim. Et ad praedicta facit id,
 quod voluit D. Ant. post Host. in c. i. de off. archid. in
 18 vers. oppono quod episcopus & c. vbi dicit, tunc quoad
 visitationem concurrunt episcopus, & archidiaconus,
 & episcopus potest alium deputare ad visitandum lo
 co eius, qui in visitatione fungetur vice episcopi, &
 sic praefertur ipsi archidiacono, quāvis & ipse archi
 diaconus possit uisitare, iuxta c. mandamus. eod. tit.
 praefertendus tamen erit episcopus, & consequenter de
 putatus ab eo, vt innuit tex. in d. c. i. de offic. archid.
 19 ¶ Secundo tunc vicarius in casu nostro fuit ab episcopo
 deputatus nedum in temporalibus, sed etiam in spiri
 tualibus, & diuinis simul, & semel, & cum specifica
 tione aliquorū, quae speciale mandatum requirunt, &
 cum clausula praegnantia, & generali, q. omnia, & sin
 gula possit expediri, quae potest episcopus, etiam si ta
 lia essent, quae requirerent speciale mandatum, & ma
 iora, ac grauiora expressis, vt mihi praesupponit. Quo
 casu ia omnibus etiam spiritualibus, & diuinis cen
 setur deputatus, vt per gl. & Doct. in d. c. 2. de off. vic. in
 6. & arg. eorum, quae habentur in d. c. 2. de procu. cum
 sim. supra alleg. post D. Ant. i. c. si de off. archi. & quo
 ad omnia ipse vicarius censetur esse ordinarius, & ha
 bere iurisdictionem ordinariam, ex quo simul, & se
 mel haec omnia fuerunt ei ab episcopo concessa, vt su
 pra praesupposui. Ergo tunc si vicarius concurrat cum alio
 ordinario inferiore, vt cum archidiacono, qui quoad
 hoc officium, de quo quaeritur, dicitur ordinarius, ex
 quo hoc habet ex dispositione statuti per praedicta. &
 argum. not. in d. l. & quia vicarius erit preferendus ip
 si archidiacono, qui inferior esse censetur: quia sem
 per inferior cedere debet maiori, & superiori, ac ma
 ior preferendus est minori. c. perlectis. & ibi Doc. om
 nes 25. dist. c. episcopos. & ibi omnes scribentes. & c.
 si. 17. dist. & pulchre habetur per Abb. in d. consil. 27.
 cum seq. vbi cōcludit, vicarium episcopi generalem
 esse semper preferendum in ijs, quae sibi vt vicario cō
 petunt, ipsi archidiacono tāquam inferiori etiam in
 casu, quo extaret consuetudo, & consequenter etiam
 statutum, q. archidiaconus esset vicario preferendus;
 21 quoniam talis consuetudo, & consequenter statutū
 tanquam irrationalis, & irrationale non valeret, per
 quod, seu quam minor maiori praefertur, vt ibi per
 Abb. & per Domin. in c. episcopos. 17. dist. & per Fel.
 in rubr. in §. col. & in c. statuimus. de maior. & obedi.
 & arg. c. erit autem lex. 4. dist. c. legimus. 93. dist. c. fin.
 de consue. cum ibi plenē not. quia vt dicit Abb. in d.
 22 consil. 21. tunc quāuis archidiaconus quoad ea, quae sibi
 de iure competunt, dicatur in omnibus primum lo
 cum obtinere, & post episcopum esse eius vicarium in
 omnibus d. c. i. de off. archid. tamen hoc est verum re
 spectu aliorum clericorum, & inferiorum, non autē
 respectu vicarij episcopi generalis, qui cum episcopo
 concurrat, & censetur vna, eademq; persona cum eo,
 & qui vnum, idemq; tribunal, & consistorium cū ip
 so episcopo facere, & eandem gerere iurisdictionem
 ordinariam d. c. 2. de consue. c. a collatione. de ap
 pell. in 6. & c. Romana. cum sim. eod. tit. est. n. absq;
 dubio in ijs, quae competunt vicario generali, ipse vi
 carius maior archidiacono; quod apparet, quia vica

rius non dicitur subditus, seu minor episcopo, sicut
 est archidiaconus, nam a vicario ad episcopum non
 appellatur, sed ab archidiacono ad episcopum appella
 tur d. c. Romana. in princ. iuncto §. i. de appell. cū ijs,
 quae habentur in d. c. 2. de consue. in 6. & in rub. extra
 de appell. per Abb. Ergo etiam quoad hoc officium ce
 lebrandi missas, quod dicitur ipsi vicario competere, vt su
 pra, vicarius dicitur esse maior, & consequenter preferen
 23 dus. Nec est inconueniens, q. vnum, & idem pluribus
 competat in solidum ex pte ordinaria, & tamē alter
 dicatur maior altero, & alter alteri sit preferendus, vt
 patet in terminis nostris; nam omnia, quae competūt
 archidiacono, & hoc etiam officium celebrandi mis
 sas, & ea etiam, quae de iure competunt vicario gene
 rali episcopi, etiam in solidum competūt ipsi episco
 po, & omnibus ex potestate ordinaria, vt supra, & om
 nes fatentur, vt in d. c. perlectis. cum sim. & tamen v
 nus censetur maior, & alius inferior, & subditus: Item
 vnus, videlicet episcopus ceteris praefertur in exerci
 tio, vt habetur in d. c. perlectis. & argu. c. quoniam. de
 offi. ordi. cum sim. tunc datur. n. concursus plurium in ea
 dem iurisdictione ordinaria quādoq; accumulatiue,
 24 quandoq; derogatiue, & quandoq; ordinatiue, seu se
 cundum prius, & posterius, veluti habetur in c. prudē
 tiam. in prin. de offi. deleg. & in terminis nostris, ma
 ximē per Domin. de S. Gemina. & alios in c. cum epis
 copus. de offi. ordi. in 6. Et tunc in dubio nisi aliud expres
 se appareat, censetur iurisdictione, quae pluribus compe
 tit in solidum, competere accumulatiue, non autem
 derogatiue, & maximē in terminis nostris, nam ex
 eo, quod ad archiepiscopum, seu ad archidiaconū
 spectet missas celebrare, & alia, de quibus in d. c. i. de
 offi. archiepiscop. in c. officium. & in c. ad haec. de offi. ar
 chid. & in d. c. perlectis. non dicitur iurisdictioni epi
 scopi derogatum, quando ipse per se, vel per aliū pos
 sit suam iurisdictionem in solidum quoad illa exerce
 re, vt in locis praell. & probatur etiam ex ijs, quae ha
 bentur late per Abb. in d. c. prudentiam. in prin. & per
 Bal. & alios in auth. habita. C. ne filius pro patre. in l.
 si. C. de iurisd. om. iud. & per Ant. in c. i. de off. archid.
 26 Et tunc quando pluribus competit iurisdictione in soli
 dum accumulatiue, locus est prouentioni, vt in locis
 praell. & sicut dicimus de duobus ordinarijs, & de
 duobus delegatis datis cum clausula, vel alteri vestrū
 & c. vt in d. c. cum episcopus, vbi casus. & in c. perue
 nit. i. i. q. i. in c. vt debitus. de appell. & per Doct. in d.
 c. prudentiam. in prin. & colligitur ex ijs, quae sentit
 27 Domin. in d. c. cum episcopus, qui innuit tunc iurisdic
 tionē pluribus cōpetere ordinatiue, seu fm prius,
 & posterius, quando hoc fuit expressum, vt in casu d.
 c. prudentia. in prin. uel quia dictū sit, prius cognosca
 tur per talem in defectum talis, seu illo absente, talis
 possit cognoscere: tunc derogatiue uerō, quādo apparet,
 quod uni data fuit pās, seu iurisdictione, ita quod ipse
 solus, & non alius possit cognoscere, ut quia ex statu
 to, uel consuetudine inductū fuerit, quod solus archi
 diaconus, & nō alius possit de causis certi loci cogno
 scere in casu posito, & declarato per Io. And. & ibi Do
 mi. in d. c. cum eps. per not. per gl. i. in c. pastoralis. de
 off. dele. sed in casu nostro per statutum data fuit pās
 archidiacono celebrandi missas solemnes simplici
 ter nulla facta mentione de vicario, nec de epo, ergo
 debet cēseri data haec pās accumulatiue, non autē
 29 derogatiue, nec ordinatiue: tunc non. n. debet hoc statu
 tum ita intelligi, ut alteri inferatur praedictum, & iu
 riā alteri quēsito praedictum. l. 2. §. quod si a prin
 cipe. ff. ne quid in loco publico. cap. suggestum. de
 decimis. capit. dudum. de priuileg. & cap. cum dile
 ctus. de consuetud. Nec talis censetur fuisse mens
 statuentium, iuribus praell. & ergo ultra
 inten-

intentionem statuentium non debet statutū hoc intelligi, q̄ ipsi Archidiacono hoc officium dicēdi missas adeo competat, q̄ sibi soli competat, & nō alteri, cui de iure alias competebar. d. c. cum eps. actus. n. agentium. non operantur. vltra eorum intentionem etiam præsumptam. d. l. 2. d. c. dudum. l. non omnis. ff. si cer. pet. si. n. hoc voluissent statuentes, dixissent expresse. c. ad audientiam. de decim. l. vnica. §. si verò. C. de cad. toll. Et propterea cum statutum hoc non dixerit, nec nos dicamus. l. si feruum. §. non dixit prator. ff. de acq. hered. ¶ Tertiò principaliter facit, nam ¶ vt præsupponunt Doct. in varijs locis, maxime in d. c. perle. etis. vbi Arch. Dom. & Moder. hoc volunt, & gl. Anto. Host. & alij in c. 1. de off. archipresb. & Archi. in c. quinquam. 2. q. 7. & habetur in c. in nouo. 21. dist. in ecclesia dantur plures ordines officialium, quorum aliqui dñr esse maiores alijs in administratione, minores tamen in ordine, & econtra aliqui dñr esse maiores ceteris in ordine, & econtra aliqui dñr esse maiores ceteris quoad ea, quæ competūt eis rōne administrationis, sed quoad ea, quæ competunt rōne ordinis, cum sint minores, ceteris non præsuntur, immò alijs debent cedere, & econuerso maiores in ordine quoad ea, quæ eis competunt rōne ordinis, præsuntur ceteris, quamuis quoad ea, quæ sunt administrationis, non præsuntur ceteris, sed illis cedant: & exemplificant in archidiacono, & archipresbytero, qui archipresbyter in celebrandis missis solennibus de iure cōmuni præsatur archidiacono, quia ipse archipresbyter in ordine est maior archidiacono, & officiū celebrandi missas dñr rōne ordinis competere, quāuis archidiaconus quoad ea, quæ sunt administrationis, archipresbytero præsatur, quia archidiaconus in administratione illo maior esse dñr, vt ibi. Dicit tamē D. Ant. in d. c. 1. de off. archipresb. sequendo Host. ibi, cuius fuit hoc dictum originale; ¶ q̄ si contingat ipsum archidiaconum esse presbyterū, prout esse potest, & propter hoc nō perdit archidiaconatū, vt in c. ad supplicationem. de renun. tūc etiam quoad ea, quæ sunt ordinis, & ratione ordinis competūt, archidiaconus præsatur archipresbytero, & sic quoad celebrandas missas solennes, cum ipse reperitur, & sit par archipresbytero in ordine, & maior in administratione, quod dictum non posset melius in casu nostro ad fauorem vicarij facere, quā faciat, illud sic reducendo, nam in casu nostro ex dispositione statuti datur præs archidiacono celebrandi missas solennes, & hoc nō pōt dici concessum, nisi rōne ordinis in tñ, quod ipse, stante hac statuti dispositione, dñr, & censetur esse maior in ordine ipso vicario, & consequenter ipsi vicario est præsferendus, quamuis vicarius sit maior eo in administratione, & consequenter illi præsferendus quoad ea, quæ sunt administrationis, vt in d. c. 2. de off. si. vica. in 6. & per Abb. in d. confi. 21. sicut dictum est de archipresbytero respectu archidiaconi: Sed ¶ cum ipse vicarius generalis epi sit presbyter, & in ordine sacerdotali constitutus, sequitur, q̄ ipse erit archidiacono præsferendus etiam quoad ea, quæ sunt ordinis, & competunt rōne ordinis, vt est ius celebrandi missas solennes, cum vicarius sit, & reperitur esse par in ordine ipsi archidiacono, & maior eo in administratione, sicut dicunt Host. & Ant. in d. c. 1. de off. archipresb. in vers. dicebat Host. de archidiacono respectu archipresbyteri. Et hæc rō est concludens, & necessaria, ac sola ad victoriam sufficeret. ¶ Quartò corroborentur præmissa, & satis concludenter ex ijs, quæ ponunt scribentes cōiter in c. 1. & melius in c. 2. & fin. de off. archid. & ibi per Io. And. D. Ant. & alios, quos infra allegabo, ¶ quarūt n. ibi, an archidiaconus, qui iurisdic-

tionem ordinariam saltem ex consuetudine habere dñr, vt habetur in d. c. adhæc. & in d. c. si. de off. archid. & in d. c. perle. etis. cum fin. possit ab ipso epo reuocari taliter, quod eps valeat prohibere archidiaconum exercere illa, quæ sibi competūt ratione officij, ac alium deputare: & Io. And. post Goffr. & D. Anto. in d. c. 2. & fin. de off. archid. posse concludunt rationibus per eos adductis. Inno. verò in d. c. 1. de off. archid. & in c. cum ab ecclesiis. de off. ord. & archidia. in c. ad hæc quoniam. de excess. præl. per illum tex. priu volunt. Sed Domin. de S. Gem. in d. c. perle. etis. in 3. col. ibi. in ver. sed cōcordādo opiniones & c. dicit distinguendo, quod aut eps penitus vult potestatem archidiaconi reuocare, & illam in alium transferre, & sic totaliter iurisdictioni archidiaconi derogare, & non potest, & ita procedat opin. Innoc. & Archid. & intelligatur text. in d. c. adhæc quoniam. de excess. præl. secundum Domin. in d. c. perle. etis. Nam cum hanc potestatem archidiaconus a lege, & canone habeat, non potest episcopus illam tollere, nec ei in totum quoad omnes causas derogare. argum. c. de his. 18. dist. cum simil. aut episcopus non vult abdicare ab archidiacono illam generalem potestatem, quam a iure habet, sed quoad vnā causam tantum, vel quoad ceteras causas, & sic quoad certam tantum speciem causarum, & tunc ipse potest reuocare, & talem potestatem ab archidiacono abdicare, alteri concedendo saltem accumulatiuē, vt est de mente Ant. etiam in d. c. 1. de off. archid. in 2. opposi. Et hoc modo intelligatur, & procedat opinio communis Doct. Io. And. Goffr. & D. Ant. in c. 2. & in c. si. de off. archid. Quæ firmatur hac ratione, nam si archidiaconus est vicarius episcopi, vt in c. 1. & per totum. de off. archidia. sequitur, quod in causis, in quibus archidiaconus habet etiam potestatem procedendi, eadem, seu maior potestas in ipso episcopo remāsit. argum. tex. in d. c. dudum. de præn. in 6. & c. cum episcopus. de off. ordin. in 6. si remansit eadem, immò maior potestas, quia sua est principalis, sequitur, q̄ poterit illam ab archidiacono abdicare non in totum, sed quoad quid, videlicet quoad vnā, vel plures causas, per text. in l. iudicium. ff. de iud. ¶ Præterea ¶ vicarij generales episcoporum habent potestatem ordinariam a canone, & lege, vt in c. 1. 2. & 3. de off. vica. in 6. nam quamuis deputatio, & electio personæ spectet ad ep̄m, iurisdicō tamē datur a canone, & hoc respectu vicarij dicitur ordinariam habere; iuxta tex. in d. l. & quia. ff. de iurisd. om. iud. & tamen ex eo, quia sunt vicarij episcopi, & penes ep̄m remansit eadem, seu maior præs, potest episcopus vicariū suum reuocare, illumq̄ prohibere, vt per Cald. in confi. 2. in tit. de off. vic. Et pro hac distinctione facit id, quod not. in c. principalem. 9. q. 3. vbi Pape permittitur priuare episcopum vnum vel plures suo episcopatu, sed non omnes episcopos, ratione suę ordinarię potestatis, & supremę facultatis, quam in beneficialibus habet, iuxta c. proposuit. de concess. preb. ergo cum in casu nostro episcopus reuocauerit potestatem archidiaconi quoad certam causam alterum subrogando, seu alteri, videlicet suo vicario hoc officium dicendi missas committendo, iuxta ea, quæ habentur per Cald. in d. confi. 2. non autem in totum reuocauerit, nec potestatem, & iurisdictionem archidiaconi abdicauerit, sequitur, q̄ hoc potuit facere, & standum est deputationi per eum factę, vt ibi per Domin. in d. c. perle. etis. ¶ Quod etiā cōfirmo a cessante ratione, nam tenentes, q̄ non liceat episcopo reuocare potestatem archidiaconi fundant se in hac ratione, quia archidiaconus hanc habet a canone, & ¶ episcopus non potest tollere ea, quæ a canone cōceduntur, cum ipse potestare derogandi canon non

non habeat. d. c. de his 18. distin. & melius in c. quod super his. & ibi not. de maio. & obe. ergo inferitur, q̄ ipsi episcopo licitum erit reuocare, & tollere ea, quæ archidiaconus quo ad quid ab ipso statuto episcopi, seu capituli habet, quoniam † episcopus non ligatur statuto suo seu sui capituli, vt voluit Bald. in authen. quibuscumq. C. de sacros. eccles. in l. digna vox. C. de legib. in l. cum ipse. C. de contrah. emp. & in l. voluntatis. col. pe. C. de fideicō. in lectura antiqua in 3. col. & in l. facimus. in §. simili. C. de latin. libert. tollē. & in §. ad hæc. de pac. iuramē. firman. in vñb. feudo. Et † episcopus potest in sua dioecesi statuta facere, illaq; corrigere, vt in c. 2. de constit. in 6. c. 2. & ibi doct. maxime Abb. de maio. & obe. sed in casu nostro archidiaconus ius celebrandi missas solemnes non habet à canone, sed à statuto loci, & contra ius commune, & canonem, qui hanc potestatem dat archipresbytero, vt per totum de offi. archipresb. ergo à cessante rōne dicendum est licitū fuisse in hoc potestatem archidiaconi reuocare. Et † do. Anto. in d. c. si. de offi. archid. in 3. col. in hoc articulo, an superior possit reuocare, & prohibere inferiorem, distinguendo inter alia concludit, quod si inferior subfuit superiori tanquam vicarius, vt sunt archidiaconus, & archipresbyter, qui tanquam vicarij regulariter subfunt episcopo, nisi aliter sit ex consuetudine inducū, videlicet, q̄ non subfunt tanquam vicarij, tunc episcopus pōt reuocare, & prohibere potestatem inferiorem, videlicet archidiaconi, & archipresbyteri, saltē quoad quid, vt dicebat Domin. vt supra dixi: ergo expresse innuit Anto. q̄ episcopus possit prohibere potestatem circa missas solemnes, qm̄ hoc est de ijs, quæ ad archipresbyterum spectant. ¶ Non obstat tex. in d. cap. ad hæc quoniam. de excess. prelat. ut supra inducū, quia primo respondetur, † illud debere intelligi, quando episcopus in totum uellet totam potestatem archidiaconi tollere, & abdicare, ut uoluit, & intellexit Domin. in d. c. perlectis in 3. col. Secundo intelligo illum tex. qm̄ archidiaconus haberet aliqua ex consuetudine non tanquā uicarius episcopi, & sic non ut subditus episcopi, sed ut ordinarius, & ut principalis, qm̄ tunc episcopus non posset illis derogare, nec præiudicare, & hic uidetur propriè intellectus. d. c. ad hæc quoniam. pro quo facit id, quod uoluit Domin. in d. c. cum episcopus. de offi. ordi. in 6. qui propriè hūc casum ponit. Tercio respondeo, illum tex. loqui, quando episcopus uellet tollere ea quæ archidiaconus à consuetudine, & consequenter et à statuto habet, per quæ minuerentur redditus, & prouentus archidiaconi, & sic quando episcopus tollendo potestatem archidiaconi, illamq; reuocando et quoad qd faceret præiudiciū archidiacono quoad redditus, & prouentus, & sic ageretur de præiudicio pecuniario, & bursali, ut ibi est tex. secus si solum de quadam prerogatiua, & præminētia ageretur, quia tunc posset episcopus, secundū quod supra dictū fuit. Sed in casu nostro non agitur de præiudicio pecuniario, sed solum de quadam præminētia, & prerogatiua, ergo &c. ¶ Alijs supra in contrariū adductis colligitur responsum ex ijs, quæ posita, & adducta fuerūt pro parte R. dom. uicarij, & præsertim statuto capituli, q̄ est totale fundamentū domini archidiaconi, quia ultra ea, quæ super illo dicta fuerunt p̄ alios dominos consultores, dici pōt, statutū illud loqui respectu aliorū clericorū, non autem respectu uicarij, qui non est inferior, sed maior ipso archidiacono, per ea, quæ supra dixi in 2. & 3. fundamento. Secundo illud statutū procederet, qm̄ archidiaconus esset maior in ordine ipso uicario, & ceteris, qui essent maiores administratione ipso archidiacono, qm̄ tunc præferretur archidiaconus: Secus si uicarius esset presbyter, & sic par

in ordine ipsi archidiacono, qm̄ tunc in celebratione missarum præferretur uicarius, cum par esset in ordine, & maior in administratione, per id, quod in terminis uoluit Hostien. & sequitur do. Anto. in c. 1. de offi. archipresb. Tercio statutū nō procedit, nec loquitur, quando episcopus per se, uel per aliū uellet celebrare, & sic non loquitur, quando episcopus delegatū super hoc specialiter fecisset, quia tunc delegatus præferret archidiacono p̄ ea, quæ supra dicta sunt in 1. fundamento, & est bonus tex. in d. c. cū episcopus. Quarto cessat obiectio facta de dicto statuto per ea, quæ dicta sunt in 4. & 5. fundamento, quoniam potestas, quā habet archidiaconus à canone, seu consuetudine, uel statuto, potest ab episcopo quoad quid reuocari, & tolli, sed non in totum abdicari. ¶ Non obstat secundū fundamentum partis aduersæ, quia licet ex iuris dispositione, & regulatē distincta sint officia uicarij, archidiaconi, & archipresbyteri, ut in d. fundamento, tamē quandoq; simul in pluribus concurrunt in iurisdictione accumulatiue, ut dixi in secundo fundamento factō pro parte R. dom. uicarij, qui ex potestate sibi generaliter concessa in hoc cum archidiacono concurrere dicitur. Præterea, & secundo in casu nostro uicarius tanquā delegatus episcopi, & sic non ex sua iurisdictione, sed episcopi præferendus est archidiacono, ut supra in primo fundamento, & aliter et potest responderi, prout colligitur ex tertio, & quarto fundamento, & prout dixi, respondendo statuto capituli. ¶ Tercio argumēto factō pro archidiacono responderi potest, † quod non procedit, quia si illud esset uerū, sequeretur, q̄ episcopus non posset ea exercere, quæ fuerunt archidiacono concessa: quod tamē est falsum, ut supra dixi, & arg. d. c. cum episcopus, nā archidiacono data fuit hæc potestas accumulatiue, non autem derogatiue: Vnde cum uicarius habeat hanc potestatem tam ex potestate ordinaria, quā ex delegata, sequitur q̄ ipse tanquā maior, & dignior erit archidiacono præferendus, ut supra. ¶ Non obstat argumentū, quia negatur, quod archidiacono data fuerit hæc potestas derogatiue, cum accumulatiue data fuerit. Præterea ex quo ipsi archidiacono hoc fuit concessum tanquā archidiacono, & sic tanquā uicario episcopi, iuxta text. in d. c. 1. de offi. archi. cum similib. sequitur, q̄ episcopus potuit talem potestatem reuocare, & præsertim ex quo illā non habuit à canone, sed à statuto loci, ut dixi supra in ultimo fundamento. Rursus potuit episcopus hoc officium alteri delegare, ut dixi, & delegatus episcopi tanquā dignior, & maior erit archidiacono præferendus, ut dixi in 1. fundamento. Præterea episcopus reuocando, & abdicando hanc potestatem quoad hunc articulum, nō dī in totum potestatem archidiaconi tollere, sed solum quoad quid, quod dī esse permīssum, ut dixi in 4. fundamento post Domin. in d. c. perlectis. Et ex his, & alijs, quæ possunt colligi ex prædictis, dicitur sublatum et ultimum fundamentum: Vnde super hoc proximo dubio ulterius non insisto, quia satis clarè de iure R. dom. uicarij cōstat. ¶ Superest aliud dubium, ad quem spectet ius conuocandi, & congregandi capitulum, an ad archidiaconum, an ad præpositum: Et quia super hoc extat promissio statuti, uidendum est breuiter de illius intelligentia: & quoniam statutum sub rubrica sedandis discordijs, & sub rubrica. de cap. fiendo semel in mense, dicit, quod capitulum conuocetur p̄ archidiaconum, uel per præpositū, uel per antiquiorem canonicum, uidetur, quod hæc potestas ordinatiue, hoc est secundum prius, & posterius fuerit concessa, non autem accumulatiue in solidum, & consequenter primo archidiacono, & ipso impedito, uel absente, postea præposito, ex quo prius in ordine scri

pture fuit positus, argumēto tex. in l. si cōis seruus, de stipul. seruo. & traditur per canonistas in c. quoniam abbas. de offi. deleg. & faciunt, quæ habentur in l. 2. §. prius. ff. de vulg. & pupil. Item quia ¶ archidiaconus est dignior, & maior præposito in administratione, ergo præposito est præferendus. c. perlectis. 25. distinct. & voluit Bal. in cons. 387. incip. archidiaconus. in 1. li bro. ¶ Contrarium arbitror posse de iure attentari, quod hæc potestas pariter spectet ad præpositum, & ita principaliter, sicut ad archidiaconum, & pñr accumulatiue, non autem ordinatiue per prius, & posterius, quā

42 ¶ cum ea simpliciter fuerit concessa his pluribus. alternatiue, debet intelligi concessa cuilibet in solidum, & accumulatiue, vt dixi supra in alio dubio per not. per Domin. in d. c. cum episcopus. de offic. ordina. cum similib. allegatis. adeo quod locus sit præuentioni, argu. tex. in c. peruenit. 1. quæst. 5. & per ea, quæ voluit do. Ant. in c. 1. de offic. Archid. in 2. opposi. Et ad propositum adduco id, quod volunt docto. magis communiter, vt refert, ac sequitur Abb. in d. c. prudentiam, in princip. in 3. colum. de offi. delega. per ea, quæ voluit gloss. in c. vt officium. de hæret. in 6. & in l. si vni. ff. de re iudi. & per Bar. in l. si plures. ff. de exercito. cum similib. quod si plures sint deputati ordinarij iudices simpliciter, censentur habere iurisdictionem in solidum accumulatiue, adeo, quod locus sit præuentioni & id, quod factum fuerit ab vno solo, valebit absque eo, quod de impedimento alterius constet, & absque eo quod sit inconsideratione, quis fuerit primo nominatus: ergo idē dicendū erit in casu nro, cum hæc potestas conuocandi capituli a statuto, pluribus simpliciter datur, quā intelligitur concessa in solidum tanquam ordinaria, ex quo datur a statuto, per ea, quæ habentur in d. l. & quia. ff. de iurisd. om. iud. per doct. & per Specul. in tit. de offi. ordina. non habita consideratione, quis fuerit primo, vel secundo nominatus, & absque eo, quod de impedimento alterius constet, & hoc maxime dicendū est in casu nostro cum statutum in attribundo hanc potestatem vtatur verbis alternatiuis, ibi aut ad archidiaconum, aut ad præpositum &c. de quorum natura est verificari in vno tantū, quia ad veritatem alternatiue sufficit altera pars esse verā. l. is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. l. si quis ita stipulatus. ff. de ver. obli. Et ad propositū bene facit id, quod volunt doct. omnes, vt ibi per Abb. in d. c. prudentia. in prin. in 2. col. in 2. notab. qui dicunt, quod quando dati fuerunt plures iudices delegati, quo casu regulariter non censentur dati in solidū, nec accumulatiue taliter, quod locus sit præuentioni, vt ibi ipse concludit, si fuerint dati cum illa clausula, committimus vobis omnibus, aut alteri vestrum, & sic alternatiue posita, censetur data iurisdictione cuilibet in solidū, & accumulatiue, ita quod locus sit præuentioni, vt si vnus solus in solidū, processerit, valebit processus, & solus poterit procedere absque eo, quod de aliquo impedimento alterius constet, nec ibi considerant doct. quis prius fuerit nominatus, & descriptus, vel post, alioquin non esset verū id, quod ibi simpliciter volunt Abb. & alij. Nam de natura alternatiue est attribuire actum vtrique in solidū, ut ibi per Abb. & est tex. de hoc notab. in c. cum plures. de offic. deleg. in 6. ergo a fortiori hoc dicendū erit in pluribus ordinarijs sic datis per verba alternatiua, vt omnes dicantur potestatem in solidū habere, adeo quod vnus solus possit procedere, & locus sit præuentioni absque eo, quod aliter de impedimento alterius constet, nec habita consideratione, quis fuerit prius nominatus, vt est casus clarus, & ibi not. in d. c. cum plures. cum de natura potestatis ordinariæ sit in solidum transire, & locū esse præuentioni, quando plures fuerunt deputati.

¶ Et ex his apparent sublata esse ea, quæ in contrariū

facere videbantur, quoniam non est verū, quod debeat attendi, quis prius fuerit nominatus, & descriptus, illud enim procedit quoad processiones, & prælationes, videlicet quis sit præferendus in incedendo, seu in sedendo, vt volunt Domin. & alij in d. c. perlectis, & in d. cap. episcopus. 17. distinct. cum similib. non autem quoad iurisdictionem acquirendam, seu quoad illius exercitium, vt d. c. cum plures. & per Abb. in d. c. prudentia. Item nec verum est, quod intelligi debeat hoc ius, de quo in statuto, concessum primo, & ipso impedito intelligatur concessum secundo nominato, quia hoc est expresse contra id, quod volunt Abb. & alij in d. c. prudentiam. & probatur in d. c. cum plures. ex quo per verba alternatiua pluribus denominatis a statuto datur potestas conuocandi: quod esse verissimū demonstratur ex iis, quæ habentur in statuto, seu in additionibus statutorū, vbi cauetur, quod in casu illo archidiaconus, vel absente archidiacono præpositus, vel absentibus archidiacono, & præposito, antiquior canonicus existens in capitulo possit & debeat præcipere canonicis, & cappellanis circa diuina &c. Quia ratione igitur statuentes voluerunt, & expresse runt in casu illo, quod potestas ea non transcat ad præpositum, nisi archidiaconus fuerit impeditus, eadem si hoc voluissent ē in casu, de quo quarimus, idem expresseissent: unde cum hoc non fecerint, apparet, seu præsumitur ipsos voluisse ius vocandi capitulum spectare unicuique in solidū adeo, quod alter solus possit illud conuocare, non attento ordine scripturæ, qui semper non est obseruandus, ut in d. l. 2. §. prius. cum ibi not. & absque eo, quod aliter de impedimento alterius constet per prædicta, quia si hoc voluissent in casu isto, ita expresseissent, sicut in illo alio casu expresse runt. argu. d. c. ad audientiam. de decim. & d. l. unica. §. si nero. C. de cadu. tollen. cum similib. Et ita concludendum esse existimaui. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Archiepiscopus an possit dispensare cum suffraganeo, seu episcopo, qui clericos non suos, et extra suam diocesim ordinauit, & quis cum illo dispense. & nu. 3.
- 2 Episcopus ordinans clericos extra tempora statuta suspenditur, & auctoritate ordinandi priuatur, & cum eo solus Papa, & non archiepiscopus dispensat.
- 4 Canonici, seu capitulum an absente episcopo, seu archiepiscopo, illoque refragante, possint per se vicarium generalem episcopi eligere usque in finem consilij.
- Et quid si episcopus in electione illius negligens esset, nu. 10.
- 5 Vicarius episcopi ordinariam habet iurisdictionem.
- 6 In capitulum non transit iurisdictione episcopalis, nisi sede episcopali vacante.
- 7 Capitulum, mortuo episcopo, an possit vicarium generalem constituere.
- 8 Capitulum solum, sede, seu ecclesia vacante, non potest, viuo prelato, economum constituere.
- 9 Episcopi, & vicarij generales parem, & ordinariam habent iurisdictionem, & ipsorum vnum, & idem est tribunal.
- 11 Episcopus quomodo aduersus rebelles, & inobedientes ordinati sui sue procedere possit.
- 12 Vicaria de nouo in ecclesia constitui non potest absque auctoritate, & consensu episcopi.

E P I T O M E.

Archiepiscopum non posse cum episcopo, seu suffraganeo, qui clericos non suos, & extra suam diocesim ordinauit, dispensare.

Et capitulum, seu canonicos per se non posse, absente episcopo, & illo refragante, vicarium generalem eligere, hic ostenditur.

CON-

CONSILIVM XXIII.

TRAVM flicat archiepiscopo dispensare cum suffraganeo, qui clericos non suos, & extra diocesim suam ordinavit, & si in hoc glo. & Doct. maxime in c. si clerici. §. de adulteriis. extra de iudic. ubi glo. & Abb. late distinguunt, multum dubitent, tamen uerius vñ, q̄ non archiepiscopus, sed solus Papa possit cum eo dispensare, ut in fortioribus terminis videtur inferri ex ijs, q̄ voluit Spec. in tit. de lega. §. nunc ostendendum. vers. 52. & in tit. de dispensa. §. nunc de episcoporum. vers. prohibetur autem episcopus, & vers. potest & aliter distingui secundum magistrum per text. in c. cum quidam. c. dilectus. & c. literas. extra de tempo. ordin. ubi episcopus ordinans clericos extra tempora statuta suspenditur, & auctoritate ordinandi priuatur. c. 2. c. o. tit. & cū eo solus Papa, & non archiepiscopus dispensat, ergo à fortiori hoc dicendum est in casu, quo ep̄s clericos non suos, uel extra suam diocesim ordinaret, cū plus, & grauius sit hoc ultimum, quam primū, qm̄ ordinando extra propriam diocesim, & clericos alienos facit q̄ canones in iure diuino fundatos. c. 1. & per totum. 9. q. 2. Fallit t̄ autem hoc, qm̄ episcopus bona fide extra diocesim suam, uel clericos alterius diocesis ordinaret, nā tunc archiep̄s cum illo dispensare posset. c. fin. in fi. cum gl. 9. q. 2. & in hac specie intelligo tex. in c. consultationi. de temp. ordin. & prædictis non refragantur ea, quæ glo. Abb. & alij dicunt in d. §. de adulterijs, quoniam magis conueniunt, si recte inspiciantur. ¶ Quoad aliud dubiū. ¶ An absente episcopo, seu archiepiscopo canonici, refragante episcopo, per se possint uicarium generale episcopi eligere, clari iuris esse videtur, q̄ non, cum deputatio uicarij ex iuris dispositione ad episcopum pertineat. c. 1. de offi. uica. in 6. cum glo. in ver. ipsius, ubi si contingat uicarium ep̄i excommunicari, episcopus alium uicarium facere potest, & inquit tex. in c. penul. & fin. cod. tit. q̄ si episcopus uicarium sibi simpliciter, & generaliter constituat, non censetur in illū translatum ius inquirendi, & corrigendi subditos de crimine, nec etiam ius conferendi beneficia uacantia, nisi speciali ter episcopus talem potestatem in eum transulerit: Ergo talis electio ad episcopum, & non ad capitulum nōcitur pertinere, quia iure cautū non reperitur, q̄ uiuente episcopo canonici per se possint uicariū deputare, maxime refragante episcopo: esset enim maximum inconueniens, q̄ capitulum, penes quod nō est ordinaria iurisdictio episcopalis, posset illam iurisdictiōē in alium transferre, eligendo uicarium, t̄ qui ordinariam dñ habere iurisdictiōē, ut habetur in c. 1. de offi. uica. in 6. & per glo. in c. romana. in prin. de appella. cod. lib. t̄ in capitulum. n. non transit iurisdictio episcopalis, nisi sede episcopali uacante. ut legiſ in c. ijs, quæ. & in c. cum olim. de maior. & obed. & hñ in c. 2. extra ne sede uacant. & quāuis nonnulli dicant, t̄ q̄ mortuo episcopo, capitulum possit uicarium generalem constituere, tamen fortē hoc posset subſtineri illa ratione, quia mortuo episcopo, & sic eius sede uacante, capitulum dicitur in iurisdictiōē episcopi succedere, ut supra. & c. ad abolendam. in prin. extra de heret. Sed adhuc arbitror, quod capitulum de nouo non possit uicarium generalem eligere, sed solum iā ab episcopo electum cōfirmare, uel remouere. ut inferitur ex uerbis Abb. in c. tua nobis. col. 2. vers. nunqd autem mortuo. extra de offi. uica. & posito, q̄ sede uacante capitulum posset uicarium deputare, ut fuit de mente Hosti. & ibi Abb. in d. c. tua nobis. in fi. ver. non tamen uerum uidetur, quod uiuente episcopo possit per prædicta. Hinc t̄ capitulum solum, sede, seu ecclesia uacante, non potest & econum creare, uiuo præ-

lato. c. cum uos. de offi. ordin. & ibi Abb. in 2. notab. vers. & facit iste tex. nā uideretur inconueniens, q̄ electio uicarij, quæ de iure ad solum episcopum pertinet. ut uoluit Abb. in d. c. tua nobis. col. 2. refragante episcopo, posset etiam ad canonicos per se spectare, qm̄ si capitulum per se hoc posset, diceretur creare quoad iurisdictiōem, & consistorium, seu tribunal similem episcopo, illo inuito, t̄ cum episcopi, & uicarij generales parem, hoc est ordinariam iurisdictiōē habere dicantur, & ip̄orum unum, idemq̄ sit consistoriū, & tribunal. c. 2. de consuet. in 6. d. c. romana. in prin. de appella. col. lib. & in d. c. 1. & hoc indubitati iuris esse uidetur, quod capitulum uiuente episcopo, seu archiepiscopo nullo modo possit uicarium per se deputare episcopo refragante, maxime quādo nulla ne gligētia posset ep̄o circa electionem imputari, ut q̄ uicariū generale iam ordinasset, & illius ordinationi canonici essent rebelles, tunc. n. ad capitulum nullo modo potest deuolui ius eligendi, immō data negligentia episcopi nunquam potestas eligendi ad capitulum deuoluitur, sed ad superiōrē negligentis, ut in c. cum simus. 9. q. 3. & est glo. magna. in c. irrefragabili. in uerb. sed cum episcopus est negligens. de offi. ordin. cum sim. Quinimmo t̄ aduersus inobedientes, & rebelles ordinationi suæ episcopus potest implorare auctoritatem superioris, ut Papa. argum. d. c. irrefragabili. §. ceterum. Cederet etiam episcopum posse rebelles, & inobedientes excommunicare, & illos alijs censuris uti. arg. c. preterea. extra de offi. deleg. & c. cū ab ecclesiarum. ubi gl. in fi. & ibi Abb. in 2. reg. de offi. ordin. Adde, quod t̄ sicut quando agitur de uicaria de nouo in ecclesia constituenda, requiritur auctoritas, & consensus episcopi, sine quo cōstitutio nō ualeret. c. extirpanda. §. quia uero. de præb. & arg. c. cum satis. de offi. Archid. & Abb. in c. adhuc. col. 2. vers. uenio ad quaſita. de offi. uica. per illum text. ita & deputatio uicarij generalis episcopi ad episcopum, & non ad capitulum pertinere debet, qm̄ uideretur inconueniens, quod capitulum carens iurisdictiōē ep̄ali eligeret uicarium, qui non uices capituli, sed episcopi subſtineret, & illius iurisdictiōem exerceret. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Dispositio fundata super certa qualitate, uel illam præsupponens sine ea locum non habet.
- 2 In gratia, & privilegio se fundans debet prouare qualitatem, seu causam, ob quam data est gratia, seu privilegium, alijs succubitis.
- 3 Privilegij causa finita, finitur privilegium.
- 4 Talem se asserens, & uolens se, ut talem admitti, debet probare se esse talem.
- 5 Privilegiatus ratione officij, uel oneris, ut uelut talis privilegio gaudeat, quid requiritur.
- 6 Succedens in onus debet etiam in privilegium, & commodum succedere.
- 7 Exemptio loci, & ecclesie, & exemptio capituli, seu congregationis clericorum, uel monachorum, & exemptio populi inter se differunt, & exemptio uno ex ipsis alijs non censetur exempti.
- 8 Exemptiones sunt strictè interpretandæ, & secundum proprietatem uerborum intelligendæ.
- 9 Nec sunt de persona ad personam, nec de loco ad locum, nec de casu ad casum extendendæ.
- 10 Exemptio à iurisdictiōe ordinarij est gratiosa, & odiosa, & propterea stricti iuris.
- 11 Exemptio concessa monasterio quoad se, & sua loca non extenditur ad loca facta sua post exemptionem.
- 12 Papa in dubio non censetur uelle per s. m. privilegium derogare iuri alterius, & maxime episcopi, & iura ordinarij in dubio uelle conseruare censetur.
- 13 Ecclesie seculares, & regulares, & capelle quoad quam legem episcopo subſunt, & quid in subiectis monasterio. num. 15.
- 14 De lege iurisdictiōis, & de lege diocesana quæ dicatur remissiuæ.